

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iacobus Andreae]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

JACOBUS ANDREÆ, in lucem editus Waiblingæ An. 1528. d. 25. Martii. Patrem habuit Jacobum Endriß / ex Micolau, ditionis Eistettensis fabrum ferrarium, qui Filium arti Mechanicæ mancipare volebat, cum fabro lignario pactus, unde per cavillum ab Adversariis Fabricius & Schmidlinus fuit vocatus, cujusq; Libri in Indice Expurgatorio Romano sub quatuor nominibus Jacobi, Andreæ, Fabricii, & Schmidlini prohibentur. Mater illius erat Anna Weißfößlin. Ingenio cum æquales superaret, sed à Ludimagistro Waiblingensi turpiter neglectus esset, Erhardi Snepffii consilio primum Stuttgardia sub Alexandro Marco-Leone, Monacho antea Ordinis Prædicatorum, Primo Pædagogarcha, Viro egregie docto, in literis humanioribus & ad formanda studia Juventutis nato; deinde verò Tubingæ Anno 1541. in Illustre Stipendium receptus literis incubuit, primò ornatus laureâ anno 1543. in Monasterio Hirsaugiensi, quò Academia ob pestem secesserat. Artium Magister factus anno 1545. secundo inter 17. Juvenes loco. Mox Diaconus Stuttgardianus anno 1546. ætatis 18. Cum autem formulam Interimisticam, quam Dux Ulricus in ditionibus suis admittere cogeatur, recipere detrectaret, sparta expulsus Tubingam secessit, ibidemque in sacello nosodochiali aliquandiu, deinceps verò & in Templo D. Georgii Evangelium prædicavit, ibique paulò post Diaconus factus anno 1549. Elapso quinquennio, anno scilicet 1553. ætatis 25. Theologiæ Doctor renunciatus Superintendentis Göppingensis munus adiit, ubi primo statim anno Judæum quendam, in vicino

N. 1528.

Cl. 1560.

Ob. 1590.

vicino

vicino pago Rechberg, Pontificæ Religioni etiam-
num addicto, & Baronibus de Rechberg subdito,
propter commissæ crimina pedibus inter duos canes su-
spensum, per Dei gratiam mirabiliter convertit. vid.
Bidemb. Consil. Dec. 4. Conf. 10. It. D. Hæberli-
ni Specimen Theol. Practicæ. p. m. 84. seqq. Ibi-
dem quoque à Joh. de Siebenstein Nobili, rogatus,
singulis Dominicis Concionem habuit in pago U-
benhausen. Göppingâ Tubingam revocatus ad
Professionem Theologicam, Cancellariatum &
Præposituram post Beurlini fata obtinuit anno 1562.
Commorante autem Academia in Civitate Imperia-
li Eßlingensi, quorsum anno 1567. ob pestem Tu-
bingâ secesserat, petente Magistratu, Pastorem ibi-
dem egit per integrum annum, quo tempore Ponti-
ficios, Calvinianos, Schwenckfeldianos & Anabapti-
stas Concionibus habitis refutavit. Matrimonium
contraxit prima vice anno 1546. cum Anna, Johan-
nis Entringeri civis Tubingensis Filia, ex qua octo-
decim suscepit Liberos, filios nimirum, 10. & octo
filias. Ex filiis unus Johannes Abba Regiofonta-
nus, alius Ulricus, Medicus Lindaviensis factus.
Filiarum una Susanna, Balthasari Eifengrein, Con-
sistorii Directori, alia Hedwig, Jacobo Magiro, Ab-
bati Laureacensi nupsit. Secunda vice nuptias ce-
lebravit anno 1585. cum Regina Prenzingerina im-
proli. Theologus erat in quo Linguarum Latinæ,
Græcæ & Hebraicæ cognitio, imò omnis eruditio
fuit; nam ad omnia sapientiæ arcana infinitâ lectio-
ne penetraverat, inque dicendi artibus ita excelluit,
ut disputando nulli cederet; (a) Cumprimis autem
duo

(a) *Quenstedt de Patriis lib. Vir. p. m. 167.*

duo i
gular
parr
perat
diffic
in pu
ratio
auct
ubiq
res si
gredi
vel in
pta.
berta
gi,
perim
in Au
mult
nam
easq
purg
Helf
eode
Duci
dorff
noen
Urbe
nec n
Jene
Colle
pleri

duo in illo admirantur docti, tanquam prorsus singularia, profundam scilicet eloquentiam, & inusitatam parrhesiam. Poterat enim, quicquid animo conceperat, aptissimo verborum profluxu citra omnem difficultatem, etiam nihil, aut parum præmeditatus, in publicum effundere. Quare magnam sui admirationem passim excitavit, nec minorem acquisivit auctoritatem. Hâc sine si fuisset, non potuisset tot ubique frequentare Colloquia, & in plerisque portiores sibi sumere partes, nec cum tot Adversariis congre-
di, nec tot in lucem protudere, quæ vel proprio, vel integrorum Collegiorum nomine ederet, Scripta. Tanta præterea fuit loquendi, agendique libertate, ut Imperatoribus, Principibusque immergi, cumque iis sermonem confidentissimè ferere, perinde haberet, ac colloqui cum sui similibus, aut in Auditorum suorum cœtu versari. (b) Hinc & multa & magnâ fuerunt ejus in Ecclesiam Lutheranam merita; multas namque Ecclesias piè reformavit, easque vel à Papistico, vel Calviniano fermento repurgavit; nimirum Comitatum Oeringensem 1555. Helffensteinensem 1556. Marchionatum Badensem eodem quoque anno, Ecclesiam Lauinganam jussu Ducis Wolffgangi. 1560. Nobilem Joh. Wachendorffium cum subditis suis 1564. Civitatem Hagenensem 1565. Ducatum Brunswicensem 1568. Urbem Mompelgardensem 1571. Alensem 1575. nec non Academias tres Saxonicas, Lipsiensem 1576. Jenensem & Witebergensem anno 1577. Porro Colloquiis undecim interfuit, & Collocutorem in plerisque magnâ præstitit dexteritate. Actionem

G

quippe

(b) *J. Fecht, Supplem. H. E. p. 70, 102.*

quippe 1557. d. 6. Jun. habuit cum Matthia Gribaldo, Anti-Trinitario. Dein cum Anabaptistis d. 25. Aug. 1558. Phedershemii pago Wormatiæ vicino, in quo 39. Antistites Anabaptistarum ex Palatinatu ad errores eorum propugnandos comparuerunt. In quorum partes cum nobilis Vir præfectus in Alzen, inclinare videretur, veniâ prius impetratâ à D. Brenzio, D. Jacobus Antistiti ipsorum hanc quæstionem proponit, & categoricum responsum petierat: Si Nobilis Palatini hic assidens præfectus furem in patibulo suspendi & latronem rotæ imponendum mandaret, an eum pro Christiano homine agnoscere posset? Antistes diu tergiversatus: quid opus est, inquit, hâc quæstione? Sed cum rogaretur à D. Jacobo: An meliorem in hoc opere ipsum agnosceret Turcâ? Antistes respondet se ipsum non meliorem æstimare, quàm si Turcicus esset. Quod audiens præfectus excanduit, & admodum acerbè illum reprehendit; neque posthâc ullam significationem favoris sui erga illos dedit, sed illorum impietatem detestatus est. (c) Anno eodem Colloquio Wormatiensi interfuit. Anno 1561. ad Colloquium Possiaccenum cum Jac. Beurlino & Balthas. Bidembachio missus, quod tamen ante illorum adventum jam abruptum erat; quanquam Episcopus Valentianus cum Jac. Andræ postea in Conclavi Regina Galliarum de universali Præsentia Christi secundum humanitatem prolixè contulerit, præsentibus sociis Legationis, & Palatini Friderici Theologis ad prandium invitatis, ubi cum Petrus Bocquinus Theologus Palatinus ex partibus Episcopi in materia de S. Cœna stans,

(c) *Fama Andrian, Reflor. p. m. 77.*

stans, quædam subicere vellet, Episcopus altera vice illi dixit: Tene, disputa tu in Germania, mihi nunc negotium est cum Jac. Andreæ. (d) An. 1562. d. 16. Febr. collocutus cum Cardinali Guisio Lotharingo, Tabernis Alfaticis. Anno 1563. cum Hieronymo Zanchio Argentinae, nec non cum Weigelio, Concionatore Pomeraniae Ducis Aulico Stuttgartiae. Anno 1564. Maulbronnæ cum Casparo Oliviano & Zacharia Ursino in conspectu Principum Friderici Palatini, & Christophori Wirtembergici. An. 1569. cum eodem Electore Friderico de S. Cœnâ privatim, in ipsius Aulâ. Cum verò in Arce subitum exortum esset incendium, Colloquium interruptum est. An. 1571. cum Matthia Flacio Argentinae. Anno 1573. Memmingæ cum Eusebio Clebero Calviniano. Anno 1575. cum Tobia Rupio, Lindaviae de peccato originis. Anno 1576. cum Casparo Peucero, Lipsiæ, de Communicatione Idiomaticum. Anno 1584. Mompelgardi cum Theodoro Beza, cujus Colloquii fructus is fuit, ut Illustrissimus Princeps Fridericus, ejusque Aulici & Consiliarii in sincerâ doctrinâ confirmati, magis quam antea Calvinismum fuerint detestati. Imò post discessum Bezae plus, quàm viginti exules Galli cum sincerâ Ecclesiâ communicaverint, nemine id ab ipsis petente vid. Timoth. Kirchneri Epistol. ap. Fechtium p. m. 687. Eodem anno cum Henrico Joanne à Mundelsheim, Pratore Argentinensi de Cœna Domini & Persona Christi Stuttgartiæ; nec non cum Contule Bremensi Daniele à Pyrn. anno 1589. Badenæ cum Joh. Pistorio, Niddano. Privatoria fue-

G 2

runt

(d) *Ibid.* p. 148, 149.

runt quæ anno 1559. cum Hagenio Stuttgartiæ ad Calvinismum deflectente, & cum Andrea Fabricio Jesuita ibidem; denique Sangerhusæ cum Cyriaco Spanngenbergio instituit. (e) Neque minùs Principum & Theologorum conventibus interfuit, videlicet Ratisbonensi & Francofurtano 1557. Augustano 1559. ubi duas præsentibus Evangelicis Principibus Conciones habuit, unam de Justificatione, alteram de S. Cœna. Ertordienfi 1561. Synodo Wolfenbüttelanæ, & Conventui Servestano 1570. Torgensi 1576. Controversias præterea quàm plurimas feliciter composuit, Rotenburgi quidem ad Tubarim, dissidium de ritibus 1556. Ratisbonæ materiam de Excommunicatione 1576. & illam de Uluris. 1587. Eodem anno causas quasdam Ecclesiasticas Nördlingæ & Onolzbachii ortas. Accersitus quoque à Wolffgango, Comite Hohenlohenfi ad Ecclesiastica quædam negotia anno 1581. Itinera & peregrinationes varias & difficiles, Religionis causâ, jussu Superiorum suscepit in Saxoniam, Daniam, Thuringiam, & ad extremum in Helvetiam in causâ Huberi 1588. Sed & anicæbæo literarum commercio Tubingenses inter & Græcos Anno 1574. cœpto, anam dedit, cum Stephanum Gerlachium Baroni Ungnadio Cæsareo, ad aulam Turcicam Legato, in Præconem Aulicum adjungeret, cujus rei fructus absque omni dubio fuit insignis, tametsi primis annis ob varias causas non adeò magnus appareretur. Præcipuè verò immortalem gloriam meruit Vir Dei, Opere illo stupendo Concordiæ, cui tres Electores, 21. Principes, Comites 22, Barones 54; Civi-

(e) *Ibid. in Catal. Scriptorum.*

§4; Civitates Imperiales 35; Ministri 8000. subscriplerunt, quod, qui absque singulari Dei nutu & auxilio procuratum affirmaverit, renitentibus præsertim summa opum vi tot Adversariis, is non tam ingratitudinem, quam stuporem suum in agnoscendis viis Domini haud dubiè prostituit. Tentet istiusmodi Reunionis Opus inter Ecclesias Lutheranas, vel saltem Theologos, haud quaquam usque adeò, ut Andreae temporibus ubique discordes hodiè, quisquis magni Viri famam arrodere hæcenus non dubitavit. Fuisse autem Jacobum præcipuum Formulæ Concordiæ, cujus prima Lineamenta Maulbronnæ à Balthasaro Bidembachio, & Luca Osiandro Theologis Wirtembergicis quidem ducta sunt, Authorem, juxta Chemnitium, nemo est, qui neget. Ille namque Librum Concordiæ ex Maulbrunnenfi scripto concinnavit, concinnatum ubique locorum commendavit, commendati subscriptiones labore quinquennii acquisivit. Vocatus legitimè ad tam arduum opus ab Augusto Electore Saxoniae secunda vice an. 1570. & 1576. cujus nomine & jussu Legationes obivit illustres ad Julium Brunsvicensem, Ludovicum Hassiacum & Georgium Brandeburgicum. Collaudatus à Maximiliano II. Imperatore, cujus ipsissima verba quibus hortabatur Jacobum hæc erant: Chære Domine Jacobe, ne cogites magnam ab omnibus gratiam te reportaturum, complures enim Tibi tuoque nomini inensos habes. Memento tamen verborum Christi in Evangelio: Beati estis, cum omne malum contra vos propter me dixerint, mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis. Merces vestra non in terris, sed in Cœlis reposita

est. (f) Tandem & Opere Bibliorum Complutensi pulchrè admodum compacto donatus à memorato Septem Viro, qui actiones ejus omnes grato animo clementer approbavit, commendavit & confirmavit, propria manu Encomium, quo Andrea Vir summus, pietate, doctrinâ, & Virtute ornatissimus, SS. Theologiae Doctor celeberrimus, doctrinæ coelestis ab ultimi Eliæ D. Lutheri morte, in his Regionibus, ab hominibus levissimis corruptæ, Instaurator integerrimus, deque Ecclesia Christi, optimè meritis vocatur, in præfatis Bibliis interens, & subscribens; Tandem bona causa triumphat; Augustus Dux Saxoniae, Elector. (g) Enimverò veluti Corpus umbra sequitur, sic Virtutem invidia & obrectatio, quod ipsum semper, etiam post cineres, expertus est Jacobus. Invidiam certè suorum quoque, forsitan æmulorum, luculenter docent aliquot Epistolæ ad Marbachios scriptæ. Obrectationes verò & Calumnias totis plaustris in eum conjecerunt tum Pontificii, tum Calviniani. Rudolphus Hospinianus præsertim, qui Historiam suam Sacramentariam ex meris mendaciis confarcinavit, eum infelicissimo Germaniæ fato Theologum factum pronuntiavit, qui homo fuerit monstruosissimè audax, & impudentissimè ambitiosus. (h) Cujus plenum livoris judicium secutus Hornbeckius virum vocavit inquieti tumultuantisque Ingenii, arrogantis magis, quam docti. (i) Idem de illo affirmat Hornius. (k) Sed levia

(f) *Caroli Memorab. T. II. P. II. p. 528, seq.*

(g) *Ibid. & Fechtii Supplem. p. 100.*

(h) *Hist. Sacram. p. 664.*

(i) *Summa Controv. libr. 9. p. 655.*

(k) *Hist. Eccl. Præf.*

levia hæc sunt convicia præ iis, quæ nuperrimè Gottfr. Arnoldus magno studio ad denigrandum hunc Virum corrasit. Nihilò minus tamen Eruditionis & pietatis testes omni exceptione majores habuit Jacobus, ipsum nempe Romanum Imperatorem, & Electorem Saxonix. Quibus accedit Simon Sulzerus, quem tam efflictim suis accensere optant Reformati; ab eo namque pientissimum & electum Dei Organon vocatur, qui ut publicæ pacis & Concordiæ, ita cumprimis Veritatis rationem habuerit. (l) Ex Pontificiis Florimundus Rœmundus illum raræ doctrinæ & magni Ingenii hominem appellare non dubitat. (m) Caterum suis etiam haud caruisse nævis ultrò fatentur Theologi. (n) Nec ipse minùs agnovit, quod ex sequenti apparet historiola, quam à Patre suo acceptam memoria dignam judicavit Nepos Valentinus: Jacobum nempe, Avum cum valetudinem acidulis Jebenhufanis curaret, exoratum esse, ut ad populum Sermonem haberet. Adfuisse etiam Patrem suum, (valetudinis causa) tum Herrenbergæ Pastorem. Cum Dies Dominica venisset, nihil præmeditatum suggestum ascendisse, & gravi elegantique oratione se expedivisse. Post Patrem suum interrogasse; Ecquid de hac Concione sibi videretur? Cumque Pater sive verecundia, sive ex conscientia laudasset: Illum indignabundum, non te pudet nugari, dixisse, quasi angime & hærrere, ac propemodum de suggestu fugam parare non anidmadverteris. Ego tot annorum Doctor, Con-

ven-

G 4

(l) *Ap. Fecht, Epl. Theol. P. II, p. 352.*

(m) *Synops. Hist. Memor. libr. V, c. 11.*

(n) *Fecht, Supplem. p. 103.*

ventuum & Colloquiorum pars, à tot viris Principibus auditus, & in concione eruditorum variisque ordinis innumera versatus, nunquam animi deliquio & stupori planè, quàm inter hos rusticellos, propior fui; adeò me omnis divina propè gratia defecruit, quòd plebem hanc simplicem negligentius haberem, quasi præmeditationis accuratioris non indigam. Tu verò, Fili, cave, & meo hoc periculo sàpe, ne unquam nisi prævia meditatione & piis precibus ad populum Christianum verba facias, sed capitis & tot sacrorum membrorum reverentia anxie & circumspèctè officium facias, alioquin violati adyti prœnas, à quibus ego parum absui, incursumus. Ecquid perpeffus sit Avus, nemini constitisse, repetiisse tamen hanc animi consternationem etiam alibi, quam dignam Hasenrefferus putavit, quæ juvenili temeritati aut profanæ etiam quorundam securitati objiceretur. (o) Tandem Anno 1590. d. 7. Jan. ætat. 63. mens. 9. d. 13. Minist. 44. ex Pleuritide placidè obdormivit in Domino, repetitâ prius publicâ de Doctrina sua Confessione. Cum Medicus decumbentem interrogaret: Ut valeret? respondit alacri animo: A Deo indivullus. Bon Gott ungeschieden. (p) Defuncto parentârunt D. Lucas Osiander, Senior, habitâ Concione ex 2. Tim. IV. 7. 8. Jacobus Heerbrandus in Academico Auditorio, & Antonius Varenbülerus Abbas in Collegio Hirsaugiensi, duabus memorandis orationibus, quæ exhibentur in Famâ Andreana Reflorescente. Contra Calvinianos & Pontificios post Nepotem Joannem

(o) Vita Val. Andrea manuscripta.

(p) Jac. Heerbr. in Orat. Funer.

nem Valentinum & alios, graviter eum defendit, Joannes Fechtius, Theologus celeberrimus. Contra G. Arnoldi criminationes verò uterque Carolus Pater & filius, Wirtembergici Theologi. Iste quidem Tomo Secundo Memorabilium. Hic autem nuperrimè & fusissimè linguâ vernaculâ. (q) Scripta edidit plurima, adeò, ut Vir quidam doctus & dives Tubingam post ejus obitum scripserit: Se de monumentis ejus habere in suâ librariâ ultra 150. v. priorum Argumentorum Opera. (q)

Epitaphium ejus propè suggestum summi Templi Tubingensis erectum sic habet;

JACOBUS ANDREÆ, Waiblingensis, D. Theol. Vir judicii magni; ingenii dexterrimi; pietatis & eruditionis eximiae; eloquentiae admirandae! qui ad Ministerium Ecclesiasticum anno XVIII. legitimè vocatus, Ecclesiae Christi Concionibus & scriptis utilissimis totos XLIV. annos indefesso labore inservivit: Anti-Christi Romani ac aliorum Hæreticorum Impietatem & Errorem gladio Verbi Dei fortiter pro-

G s

fi-

(q) Wirtembergische Unschuld/ P. 3. c. 4. Art. 1. seqq.

(q) Freher. Theatr. p. 278. ex Hierbrando & Melchioris Adami.

fligavit: peregrinationes multas & longinquas, vocatus à piis Magistratibus, reformandis Ecclesiis, sedandis dissensionibus, & constituendæ piæ CONCORDIÆ, impendit: Consiliarius Illustrissimorum Ducum Wirtembergicorum, Præpositus Ecclesiæ & Cancellarius Academiae Tubingensis annos XXVIII. fidelissimus fuit. Placidissimè in Christo obdormivit & omnium piorum luctu heic sepultus est, anno MDXC. cùm vixisset annos LXI. menses VIII. dies XIII. *vid. Caroli Memorab. T. II. P. 2. p. m. 526.*

Jacobus Andreæ

per ἀναγνώμα.

Nicod. Frischlini.

Sana verba edico.

Sanis nos jussit Paulus sermonibus uti,

EDICO gregibus Sana ego VERBA Meis.

Sana sed insani insano contemnere fastu,

Aggressi pœnas, quas meruere, dabunt.

Epigramma nos addimus:

*Cernitis Andreiam, pia quem CONCORDIA magnum
Eximiaq; probat DEXTERITATE VIRUM.*

Qui

Qui verum egregiâ sese virtute Jacobum
Exhibuit, DOMINI bella manumq; gerens.
Quem totis sine fine petunt Convicia plaustris,
Quæ ferus indomito livor ab ore vomit.
Sed tamen & meritis sublimem fama coronat
Laudibus, atque poli fulgidus ornat honor.
Maeste animo, quicumque VIRI vestigia calcas,
Atque odio vetitæ sŷmata pacis habes.

Scripta Jac. Andreæ.

Contra Pontificios.

Υπερασπίτης τῶν περλεγομένων Joh. Brentii
in Apologia Ec. contra Bredenbachium. Anno
1558.

Refutatio pia & perspicua criminationum Ec. contra
Hosium. 1560.

Recusatio Concilii Tridentini.

Ad Frid. Staphyli confectas Lutheranorum antilogias
responsio. 1558.

De usu calicis in Synaxi, Ec. contra Barth. Latomum
defensio.

Apologia Capitulæ Disputationis de Majestate hominis
Christi, deque substantiali præsentia Christi in Cæna.
contra Ingolstadienses. 1564.

De Majestate Hominis Christi, & in Eucharistia præ-
sentia & Concilii Tridentini decreto de fide Justif. re-
sponsio contra Sperlingium 1565.

Consutatio disputationis Gregorii de Valentia, sub titu-
lo de vera Præsentia Christi in Cælis tantum, &
in Ec. contra Nestorianos novos Jesuitas. Anno
1583.

Contra

Contra Calvinianos.

Refutatio orthodoxi Consensus Calvinianorum.

Simplex ac dilucida Expositio Sententiæ de Cœna germanicè scripta, & in gratiam externarum Ecclesiarum latine reddita: Additæ sunt ejusdem Argumenti Homiliæ Brentii Anno 1561.

Concio de Cœna Domini in Comitibus Imper. Augustæ habita, & latine reddita.

Assertio doctrinæ de personali Unione contra Beza librum: placidum & modestum responsum 1565.

Admonitio Scheckii de Comment. in Topica, & Confessio de Cœna & Persona Christi 1585.

Expositio Controversiæ de duabus Naturis in Christo, præsentia Ejus in Cœna, contra Bezam & Bulling. 1565.

Responso brevis contra librum Sturmii, quem antipapam quartum inscripsit. Anno 1581.

Admonitio de crimine Stellionatus Calvinianorum, quo Jesuitas in societatem rapere conantur. Anno 1582.

Refutatio blasphem. Apologiæ Lamb. Danaei de Adoratione Carnis Christi. 1583.

Confutatio disput. Grynæi de Cœna. Anno 1584.

Admonitio de Synopsi orationis Grynæi. 1584.

Epitome Colloquii Montispelg. adjecta refutatione Responsonis D. Bezæ, de Actis ejusdem Colloquii. 1588.

Didactica.

Methodus Concionandi per. D. Polyc. Lyserum edita. 1595.

Oratio.

Orationes.

DE Principum officio in Collegiis Monasticis tuendis
& studiis fovendis, habita in Collegii Ganders-
heimensis inauguratione. Anno 1571.

Oratio de studio sacrarum Literarum in Academia Li-
pfsensi recitata. 1577.

De Instauratione Studii Theologici in Academia Witeb.
ad eam puritatem, in quam vivente Luthero Docto-
res S. literarum pie consenserunt. 1577.

De Incarnatione Filii Dei, contra Zuvingl. & Calvini-
stas in Vigilia Nativ. habita. 1580.

De Disciplina in Acad. Tubing. instauranda & conser-
vanda. 1583.

Oratio de Nativitate Christi. 1562.

Or. fun. Matth. Aulberi Abbatis Blabyrensis.

Oratio Inauguralis, cum officium Cancellariatus &
Præposituræ capefferet. 1562. habita.

Disputationes.

Variæ de variis materiis Theologicis, numero 66.

Rescriptorum Principum Germaniæ diversorum to-
mus.

Epistolarum à celeberrimis passim Theologis acceptarum
aliquot Centuriæ.

Epistolarum suarum fasciculus.

Colloquia publica & privata.

1. Cum Anti-Trinitariis.

Actio cum Matthia Gribaldo An. 1557. 6. Junii ha-
bita,

2. Cum

2. Cum Anabaptistis.

Colloquium Pfedersheimense cum Anabaptistis institutum d. 25. Aug. 1558.

3. Cum Pontificiis.

Colloquium Wormatiense. An. 1558.

Colloquium Possiacenum. An. 1561.

Colloquium cum Cardinale Guisio Lotharingo Tabernis Alsaticis d. 16. Febr. 1562. institutum.

Colloquium cum Andrea Fabricio Jesuita d. 29. Aprilis. 1571. Stuttgartiæ habitum

Colloquium Badense cum Joh. Pistorio An. 1589.

4. Cum Calvinianis.

Colloquium Maulbronnense Tubingæ. 1564. in 4.

Colloquium Mompelgartense cum Theodoro Beza. Tubingæ. 1784. in 4.

Colloquium cum Consule Bremensi Daniele à Pyrn.

Colloquium privatum cum Electore Friderico Palatino de Cœnâ. 1569.

Colloquium Memmingense cum Eusebio Clebero habitum d. 11. Julii 1575.

Colloquium cum M. Barthol. Hagenio Stuttgartiæ habitum. An. 1559.

Colloquium cum Zanchio Argentiniæ habitum An. 1563.

Colloquium cum G. Wigelio Stuttgartiæ 1563. habitum. Manuscriptum.

Colloquium cum Casparo Peucero, de Communicatione Idiomatum d. 16. Nov. An. 1576.

Colloquium Herzbergense. Halæ Saxoniæ edit. 1594. in 4.

Colloquium cum Henrico Joam à Mundelsheim Prætorio Argentinenſi de Cœnâ Domini & personâ Christi Stuttgartiæ. A. 1584.

5. Cum

5. Cum Flacianis.

Colloquium Sangerhusanum cum Cyriaco Spangenbergro.

Colloquium cum Matthia Flacio, Argentinae, 1571.

Colloquium Lindaviense, de Peccato Originis cum Tobia Rupio. An. 1575.

Germanica.

Contra Pontificos.

Nothwendige Erinnerung von der Teutschen Bibel Dollmetschung samt Widerlegung der Ursachen / warum die Papistschen den Leuten die Bibel verbieten. 1568.

Theses Germanicae de norma veritatis & Judice controversiarum Ratisbonae ad disp. propositae. 1588.

Einsältiger Bericht / wie sich ein Christ auß seinem Catechismo verantworten soll / warum er nicht mehr zur Messe gehe?

Bericht von Catholischer Communion und rechter Nießung des Leibs und 2c. wieder den Bericht auß Befehl etlicher Geistlichen und Weltlichen Fürsten durch derselben Theologen von Einer Gestalt zusammen getragen.

Christlicher Gegen. Bericht von der Mess / ob sie ein Evangelischer Christ besuchen oder fliehen soll?

Bericht von der Einigkeit und Uneinigkeit der Augspurgis. Confessions-Verwandten Theologen wider den Laß. Zettel auf den Reichs. Tag / 1559. gehalten / außgebreitet. 1560. gedruckt.

Wider.

Widerlegung der vermeynten Ursachen/davon
etliche von der Augspurgis. Confession zum
Papstthum abfallen.

Gratulation, daß die Prediger in Bayern Luthere-
risch worden.

Wieder. Ruf der Gratulation wider die Mönchen
und Pfaffen in Bayern.

Christlicher Bericht/welcher gestalten die Her-
ren- und Jungfrauen- Clöster in Braun-
schweig reformiret.

Antwort auf den lästerlichen Gegen- Bericht
Judæ Ischariots/ so sich Frid. Staphylum nennt/
vom rechten Verstand Gottes Worts Doll-
metschung der Bibel/ und Einigkeit der Lu-
therischen Predicanten.

Aufbereitung des Vortrags Staphyli.

Erklärung dreier Haupt- Artikel: 1. Ob ein
Mensch festiglich glauben könne / daß er ei-
nen gnädigen Gott habe. 2. Daß auß der
Heil. Schrift lerne könne; 3. Wodurch der
Mensch bey Gott zu Gnaden komme &c. son-
sten Antwort auf den Nachdruck Frid. Staphy-
li genannt.

Ein Buch wieder Schürers Lasterung / und
von dem Send-Brief der Patriarchen zu Con-
stantinopel.

Send-Brief an Conrad Bettern Jesuiten
und Thumm Predigern zu Regensburg/von
seinem Predigen und Lasterung wider die
Kirchen Augspurgischer Confession und der-
selben/ &c.

Wider-

Wiederlegung der nichtigen Verzeichnüß Gregorii de Valentia wider die Erinnerung vor der Calvinianer Betrug und Einigkeit mit den Jesuiten. 1583.

Trost-Schrifft an die arme betrübte Christen/ die hin und wieder über der Lehr des Evangelii verfolgt werden.

Gespräch ein's Präsidenten / Lutherischen Predicanten/ und Jesuiters/ von der Catholischen/ Apostolischen/ Christlichen Kirchen. 1596.

Ein Traktat von der Meß an Herzog Eberhardt von Wurtemberg ergangen.

Contra Calvinianos.

Bericht von des Herrn Abendmahl und wie sich ein einfältiger Christ in die langwierige Zwispalt/ so ich drüber erhaben / schicken soll.
107. Schluß: Neden von der Majestät des Menschen Christi/ und Gegenwart im Heil. Abendmahl/ defendirt zu Eübingen / per Joh. Jac. Gryn. 1564. verteutscht 1584. wieder Grynæi Heidelbergische Disputation.

Bericht von dem Colloquio zu Maulbrunn/ 2c. kurzer Außzug desselben.

Wiederlegung der Predicanten Antwort zu Zürich / auf Joh. Brenkens Testament/ in welcher zur Erhaltung des einfältigen Verstands der Worte Christi/ der Sacramentirer Irrthumm wiederlegt wird.

Kurze Verantwortung über Bullingers 7. Klag-Artickel.

H

Abferti.

Abfertigung der Antwort Bullingers und der
Zürcher Prädicanten wieder die Rettung des
Testaments Joh. Brentii außgangen/ darin 2c.
Antwort auf Joh. Sturmii Buch/ *Antipappus quar-*
tus genant/ auß dem Latein verteuschet.

Abfertigung des Vortrabs Sturmii.

Bericht auf Joh. Sturmii kurze schriftliche Ver-
antwortung vom Buch der Concordien und
derselben anhangenden Sachen.

Warnung vor der Calvinianer Betrug *crimen*
falsi genant / ihrer vermeynten Einigkeit und
Gesellschaft mit den Jesuiten. Auch von
der Jesuiter schrecklichen Kekererey und Gotts-
lästerung/ da sie Christo nach seiner Mensch-
heit die allmächtige Hand Gottes abspre-
chen.

Erinnerung von etlichen Schriften und Bü-
chern / so zum Theil unter *Ambrosii* und *Chri-*
stophori Hesslandri , zum Theil ohne Nahmen
außgangen.

Abfertigung der Gegen-Warnung der Heidel-
bergischen Prädicanten.

Kurzer Begriff des Mömpelgardischen *Collo-*
quii , samt Wiederlegung der Antwort *Bezae*
auf die *Acta* gedachten *Colloquii*. 1586.

Warnung vor der Calvinischen neuen Erklä-
rung des Catechismi / so in Zwenbrück bey
dem gemeinen Mann und der Jugend ge-
trieben werden soll/ zu Heidelberg/ 1588. auß-
gangen.

Warnung von der zu Neustatt an der Hartt
nachs

nachgedruckten verfälschten und mit Calvinischer Lehr beschmeißen Bibel D. Luthers.

Spiegel der offenbaren Calvinischen Lügen wider reine Lehrer Augspurgischer Confession, und Lasterung wider die Göttliche Majestät der Menschheit Christi.

Teutsche Theses wider der Calvinisten vielfältige Irthümer von der H. Tauffe.

Antwort auf die krafftlose Protestation, so ein leichtfertiger Calvinist wider H. Andrea verfertigt.

Bericht von Christlicher Einigkeit der Theologen/so sich zu der Augspurgischen Confession in Ober- und Nieder- Sachsen samt den Oberländischen und Schwäbischen Kirchen bekennen / durch etlicher Fürsten Gesandten anno 1569. und 1570. erkundiget / und zu Zerbst auf dem Synodo gegen einander erklärt/ gedruckt zu Weissenbüttel.

Bericht von der Ubiquitat an eine hohe Fürstliche Person gestellt.

Contra Flacianos.

End- Brieff D. Andrea an Flacium von der Erb- Sünd.

Bericht von der Erb- Sünd wider Flacium. Anno 1575.

Gewißheit der Christlichen Lehr alter reinen Theologen Augspurgischer Confession von der Erb- Sünd wider die Flacianer.

Repetitio sanæ doctrinæ D. M. Lutheri.

Abfertigung des ungegründten Berichts des
ren zu Regenspurg 1587. geurlaubter Pre-
diger/ betrifft die *Materie* vom Wucher.

Conciones.

Drey und dreyssig Predigten von den für-
nehmsten Spaltungen zwischen den Pab-
stischen / Lutherischen / Zwinglischen /
Schwenckfeldern und Wiedertauffern zu
Eßlingen gehalten / 1567. hernach mit 6.
Predigten von der Augspurgischen *Confession*-
Theologen Uneinigkeit vermehrt.

Passional-Büchlein/das ist/der *Passion* gepredigt/
zu Wittenberg. 1577.

Christliche Anleitung wie die Lehr des *H. Evans-
gelii* in denen Kirchen / so bisher unter dem
Pabstthum gewesen / auß dem Catechismo
einsältig gepflankt werden mögen/in 31. Pre-
digen zu Wachendorff gehalten.

Zehen Catechismus - Predigten zu Lauingen
gehalten.

Sechs Predigten vom Closter-Leben.

Zehen Christliche Predigten über etliche Son-
tägliche *Evangelia*, von Anstellung nützlicher
Ordnung in der Kirche Gottes / wieder die
Irthumm/gehalten zu Lauingen. 1562.

Vier Predigten zu Oettingen / 1. Vom Ley-
den Christi. 2. Vom Fußwaschen. 3. Auf-
erstehung Christi. 4. Mess und einerley
Gestalt.

Preo

Predigt vom Fronleichnams - Fest / *ex Joh. 6.*
samt Wiederlegung Schürers Predigt
Gottleichnams. Fest und Umgang. 1588.

Fünff Predigten vom Werck der Concordien / und
endlichen Vergleichung der strittigen Reli-
gions-Puncten / gehalten und gedruckt zu Dres-
den / anno 1580.

Erinnerung nach dem Lauff der Planeten ge-
stellt / darauß ein jeder Christ zu sehen / was
er vor Glück und Unglück zu gewarten / *ex*
Luc. 24. in 5. Predigten verfasst. 1568.

Dreyzehn Predigten vom Türcken / 1569.

Vier Predigten vom Bucher zu Regensburg
1588. gehalten / und zu Tübingen 1589. ge-
druckt.

Predigt von der Leiter Jacobs *Gen. 28.* zu
Straßburg im Münster 1565. gehalten /
1566. gedruckt.

Predigt vom Sacrament des Leibs und Bluts
Christi. 1583. zu Lindau gehalten.

Predigt von der Mess und einer Gestalt des
Sacraments.

Zwey Predigten von der Einigkeit der Kirchen-
Diener / Majestät des Menschen Christi /
und Gegenwart seines Leibs und Bluts im
H. Abendmahl / gehalten zu Memmingen /
1573.

Predigt von Einigkeit der Theologen Augspur-
gischer Confession, zu Dresden 1570. gehalten /
und zu Wolffenbüttel gedruckt.

Predigt von der Kirchweih zu Jerusalem / *ex*
Joh. 10. Von Christlicher Reformation der

H 3

Evangelium

Evangelischen Kirchen zu Alalen gehalten /
1586.

Predigt vom Fluchen und Gottslästerung / zu
Bebenhausen gehalten / 1575.

Predigt über den 65. Psalmen / gehalten zu
Stuttgardt in der Schloß-Kirchen / 1584.

Zwo Predigten vom Nachtmahl.

Predigt über die Wort Psalm 145. **Der Herr**
ist nahe allen / die **Jhn 20.** gehalten zu
Heinrichsstatt in Braunschweig / 1579.

Predigt über die Wort Rom 1. **Ich schäme**
nich deß Evangelii nicht.

Predigt vom Tauff.

Hattenhofer Predigten / 1. Von der Laiter
Jacobs / Gen. 28. 2. Vom H. Abendmahl.

Trost-Predigt von der grossen Brunst zu
Sulz / 1582. d. 16. Septembr. auß dem Predi-
ger Salomon 9. Capitel. **Ich hab solches**
alles zu Herzen genommen / 20. gehalten.

Zehen Predigten von der Trunckenheit über
etliche Sonntags-Evangelien.

Dom. I. Advent. gehalten zu Worms / 1557. in
währendem Colloquio.

Predigt am St. Stephans-Tag / ex Act. 6 &
7. gehalten.

Predigt auf die Beschneidung Christi.

Predigt über das Evangelium / Luc. 18. Dom.
Estonihi, zu Arnstatt. 1570.

Predigt vom Verstand / Brauch / Mißbrauch
deß Sacraments deß Leibs und Bluts Chri-
sti / auf den Palm-Tag zu Eßlingen / 1566.

Pre

Predigt wie der Mensch gerecht werde vor
Gott/ auf Dom. Quasimodogeniti zu Augspurg
auf dem Reichs-Tag gehalten.

Predigt vom Heil. Abendmahl auf Dom. Canta-
te, zu Augspurg auf dem Reichs-Tag gehal-
ten.

Predigt Dom. Trinitatis Joh. 3. gehalten zu Leip-
zig/zu S. Thomas, samt Erzählung wie es fürter
in Churfürstl. Sächsischen Crank / Kirchen
und Schulen soll gehalten werden/zu Mag-
deburg 1579. gedruckt.

Predigt vom grossen Abendmahl/ Dom. 2. Trini-
tatis Luc. 14. zu Wittenberg gehalten / 1579.

Predigt auf den Tag Johannis des Täuffers/
von seiner Enthauptung/ zu Franckfurth am
Mayn gehalten.

Predigt über das Lob. Gesang Zacharia. Luc. 1.

Predigt Dom. 14. Trinit. wieder die Sorg der
Nahrung zu Wolffenbüttel gehalten.

Predigt Dom. 18. Trinit. Matth. 22. Vom Gesetz/
und der Person Christi / gehalten im Schö-
buch. 1578.

Predigt Dom. 20. Trinit. Matth. 22. Vom Hoch-
zeitlichen Kleid gehalten zu Regenspurg/
1587.

Predigt Dom. 21. Trinit. Joh. 4.

Predigt Dom. 25. Trinit. Matth. 24. Von vielen
Verführungen in den Kirchen Gottes vor
dem Jüngsten Tag / 1577. zu Weinmar ge-
halten/ und 1578. zu Leipzig gedruckt.

Hochzeit-Predigten.

Predigt vom Hett. Ehtand / *ex Ephes. 5. zu*
 Schorndorff gehalten.

Predigt auß dem 28. Ps. gehalten / anno 1585.

Leich-Predigten.

Predigt bey der Leich-Frauen *Sabina Herho-*
 gin zu Württemberg / *ex Psalmo 90. zu Tübin-*
 gen 1564. gehalten.

Zwo Predigten bey der Leich der Fürstin *Mar-*
garetha / eine in der Schloß-Kirchen zu
 Wolffenbüttel / die andere in der Pfarr-Kir-
 chen der Heinrichsstadt / gehalten.

Predigt bey der Leich Juncker Hansen von Lies-
 benstein zu Göppingen / gehalten.

Predigt bey der Leich Herrn Ungnaden / zu Tü-
 bingen gehalten.

Predigt bey der Leich *D. Wilhelm Vidembachs* /
 zu Benhausen gehalten.

Predigt bey der Leich *Primi Truberi. 2. Tim. 4.*

Predigt bey der Leich Juncker Balthasars von
Carpffen / ex Syr. 10. Von glückseliger Re-
 gierung eines Christlichen Regenten.

Predigt bey der Leich *D. Theodorici Schnepffii, ex*
Es. 3. gehalten.

Predigt bey der Leich Juncker Fris Harters /
 Obervogts zu Tüb. *ex Ebr. 9.* gedruckt 1590.

Predigt bey der Begräbnus *Petri Pauli Vergerii,*
 zu Tübingen gehalten.

Wahrhaftige Geschichte von einem Juden / so
 zu Weiffensien den 10. Julij, anno 1550. ge-
 richt / und zuvor durch *D. Jac. Andreae* zum
 Christlichen Glauben bekehret worden.

Ords

Dr

R

ten

Wi

an

bus

fui

rior

sub

sim

ne

fur

tem

bra

rit

pr

Op

ne

or

gr

eti

tun

bu

ab

flu

ex